

canonicorum presencium penis acrioribus constringantur. Preterea volumus & statuimus ut in singulis edomadis semel ad minus teneatur capitulum. Et de hiis ac aliis excessibus inquisicio & correctio diligens habeatur.. hanc igitur nostre constitutionis paginam cum effectu cupientes ab omnibus obseruari tam sigillo nostro quam sigillo capituli fecimus communiri Datum & actum anno domini MCCLXX secundo in tercia die pasche.

562.

1272 d. 26 Apr.

Bro.

Bisk. HENRICKS i Linköping stadga att hvarje nyvigd Prest skulle i 2 år vid Domkyrkan inhämta kännedom i embetsförrättningarne.

B. 3: 14.

He. &c. Vniuersis in Ciuitate ac dyocesi sua constitutis salutem in domino ihesu christo Cum officij nostri sollicitudo teneatur negligencias tollere subditorum ac correccionis lima torpentibus apposita in statum integrum reducere pariter & tranquillum. Nos videntes quosdam quod dolentes referimus. accepto sacri presbiteratus ordine in tantam efferru protinus elacionem ut instruccionis monita in administrandis sacris & officio domino faciendo suscipere dedignentur & sese dampnabili negligencia torpentes in salutis sue proprie perniciem ac subditorum non modicum periculum diuina irreuerenter administrant huic morbo tam pestifero mederi cupientes ex consensu & consilio capituli nostri super hoc taliter duximus statuendum vt decetero per nos in presbiteratum promouendi. data fide ad standum in choro linco-pensi per salario trium marcharum & victualium expensis per biennium obligentur ibidem obedienter instruccionis sacre formam & deuote suscepturi ut sic in statu subieccionis conquirant quid in prelacione positi digne valeant subditis seminare nisi de licencia illorum de choro quibus hoc committimus ad prepositos remissi de premissa obligacione fuerint absoluti uel commissam curam habuerint animarum Preterea quia ex quorundam relacione didicimus vicarios dominorum suorum monita dedignantur & eisdem obedire in honestis & licitis contempnentur conduccionis sue salarium extendere ut plebanis & rectoribus ecclesiarum nisi sola sollicitudo parum aut nichil emolumenti de suis parochiis proueniat & capellis. Et sic melior videtur condicio vicarij quam plebani Nos itaque volentes prefatos vicarios dominis suis debitam reuerenciam & obedienciam exhibere. Cum miserum sit illum magistrari qui se numquam nouit subici, vt cum diuina gracia fuerint ad alcio rem statum euocati ab aliis eadem subieccionis obsequia suscipiant que in inferiori positi humiliter nunc exsoluunt, Ex consensu & consilio prenominati capituli nostri

nostri statuimus ut salarium vicariorum Rurensium III:or marchas denario-
rum cum dimidia vsualis monete decetero non excedat. precipientes igitur
hoc ab omnibus firmiter obseruari In huius rei testimonium presentes litte-
ras tam sigillo nostro quam sigillo capituli fecimus communiri Datum bro.
Anno domini MCCLXXII°. tercia die pasche.

563.

1272 d. 7 Maj.

Lateran.

Påfv. GREGORIUS X:s befallning till Biskoparne i Linköping och Skara samt Ärkedjåken i Up-
sala att ransaka och afdömma tvisten om Fladstad mellan Skokloster och PETER BLIOSKOG.

A. 1. d. 69. *)

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus . . .
Lincopensi & . . . Scarensi, Episcopis, ac dilecto filio . . . Archidiacono Vp-
sellanensi. Salutem & apostolicam benedictionem. Dilecte in christo filie . . .
Abbatissa & Conuentus Monasterij Monialium de Seo Cisterciensis ordinis no-
bis conquerendo monstrarunt, quod Petrus dictus Blioussog, laicus, Vpsel-
lanensis diocesis quandam Curiam dictam fladstad, ad Monasterium ipsum spe-
tantem contra iustitiam occupauit, & detinet occupatam, in earum & dicti
Monasterij preiudicium & grauamen. Ideoque discretioni uestre per aposto-
lica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam & ap-
pellatione remota fine debito decidatis. facientes quod decreueritis per cen-
suram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati
sise gracia, odio, uel timore subtraxerint, censura simili appellatione ces-
sante cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exe-
quendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Da-
tum Laterani. Nonis Maij Pontificatus nostrj Anno Primo.

Blybullan hänger i segelgarnssnöre.

564.

1272 d. 28 Jun.

Kasterlösa.

Bisk. HENRIGS i Linköping Bref om tillsättande af prest vid S:t Jacobs Capell i Wisby.
B. 3: 40.

Uniuersis presentes litteras inspecturis He. dei gracia lincopensis epi-
scopus salutem in domino sempiternam Constare volumus omnibus quod

*) Finnes äfven i en d. 22 Jul. 1275 af Biskoparne i Linköping och Skara samt Ärkedj. i Upsala
vidimerad afskrift. A. 3. b. 1: 7. der PETER kallas BLICKESKOG.